Mirecki Filiae suae Debet.

Comparens pntr coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premisl Generosus Alexander Mirecki sanus mente et corpore exend a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competen recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan Premislien Iurisdictioni se cum successionibus ac bonis suis pntr omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosae Marianna Mirecka filiae suae virgini eiusq posteris summam Duorum millium floren polon modo simplicis debiti mutuatq apud ips per se recognoscen penniis tenetur et debet Quam quidem Summam supraescriptam Duorum millium floren polon idem recognoscens debebit et tenebitur seq ac suos successores in et super bonis suis pntr omnibus ac summis pecuniariis quibuscunq habitis et habendis eidem Generosae Mariannae Mirecka filiae et Creditrici suae vel ipsius posteris hinc et ab actu praesenti pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturo dare solvere et coram officio Actisq praesen Castren Premislien reponere et relinquere reponendamq effectualiter summam eandem pro sua ab eodem officio non effalcumbere nec arestare vel modo quovis inhibere Idq sub vadio similis summae Duorum millium floren polon percipiendi Generosum Alexandrum Mirecki sive eius successores supraescriptae Generosae Mariannae Mirecka filiae suae vel eius posteris ob non solutionem summae supraescriptae pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro summa ipsa principali non soluta solvenda citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Alexander Mirecki vel eius

6814

Successores ad instantiam suprascriptae Generosae Marianae Mirecka Filiae Suae Sive ipsius Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto pro ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare comparere respondere Vadium praestitutum luere inscriptioni huic Satisfacere ac omne inducatum pati debebit et tenebitur Seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde con- sequendi Causae eiusdem terminos semper peremptorios vero infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad muniments ad Evictorem vel aliis quibuscunque dilatio- nibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra pro- ximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipien- Nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo Ac prae- missa omnia poenis simplicibus vel triplicatis exceptionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello Conventione ac aliis quibuscunque Iuris remediis et facti defensionis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Krzeczowska suo et Chrusli- ckiey sororis suae nomine "Successorum" Debickiego et Humnickie° Quietat et eisdem Cavet.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Regina de Humnicka olim Generosi Petri Hu- mnicki cum olim Generosa Zophia Domaradzka procreata filia Generosi Rudolphi de Sennow Krzeczowski consors legitima Cum eiusdem mariti sui uti tutoris Coniugalis personali assistentia et libero eo ad infrascripta recognoscenda Consensu Sana mente et corpore

existens